

Exempla per Resolutionem Æquationum,

NUMERALIS ÆQUATIONUM AFFECTARUM RESOLUTIO.

Quia tota difficultas in Resolutione latet, modum quo ego utor in Æquatione Numerali primum illustrabo.

Sit $y^3 - 2y - 5 = 0$, resolvenda : Et sit 2, numerus qui minus quam decima sui parte differt a Radice quæsita. Tum pono $2 + p = y$, & substituo hunc ipsi valorem in Æquationem, & inde nova prodit $p^3 + 6p^2 + 10p - 1 = 0$, cuius Radix p exquirenda est, ut quotienti addatur : Nempe (neglectis $p^3 + 6p^2$ ob parvitatem) $10p - 1 = 0$, sive $p = 0,1$ prope veritatem est ; itaque scribo 0,1 in quotiente, & suppono $0,1 + q = p$, & hunc ejus valorem, ut prius substituo, unde prodit $q^3 + 6,3q^2 + 11,23q + 0,061 = 0$.

Et cum $11,23q + 0,061$ veritati prope accedit, sive fere fit q æqualis $- 0,0054$ (dividendo nempe donec tot eliciantur Figuræ, quot locis primæ Figuræ hujus & principalis quotientis exclusive distant) scribo $- 0,0054$ in inferiori parte quotientis, cum negativa fit.

Et